AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Göttweig (?), 12. Jh. Seite 157r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

causa ut agerent reptilia animarum uiuarum et
uolatilia sub firmamento celi quibus iam terra non indi
get. quamuis piscem manducet leuatum de profundo
in ea mensa quam parasti in conspectu credentium. Ideo
enim de profundo leuatus est. ut alat aridam. Et aues ma
rina progenies. sed tamen super terram multiplicantur. Pri
marum enim uocum euangelizantium infidelitas ho
minum causa extitit. sed et fideles exhortantur et bene
dicuntur eis multipliciter de die in diem. At uero anima
uiua de terra sumit exordium. quia non prodest iam nisi fidelibus
continere se ab amore huius seculi. ut anima eorum tibi ui
uat. que mortua erat in deliciis uiuens. deliciis
domine mortiferis. Nam tu puri cordis. uitales de
licie. Operentur ergo iam in terra minist ri tui. non sicut in
aquis infidelitatis. adnuntiando et loquen
do per miracula et sacramenta et uoces misticas. ubi
intenta sit ignorantia mater admirationis in ti
more occultorum signorum. Talis enim est introitus ad
fidem filius adam oblitus tui. dum se abscondunt
a facie tua et fugiunt abyssus. Sed operentur etiam
sic in arida discreta a gurgitibus abyssi. et sint forma
fidelibus uiuendo coram eis. et excitando ad imitatio
nem. Sic enim non tantum non tantum ad audiendum. sed etiam
ad faciendum audiunt. Querite dominum et uiuet
anima uestra. ut producat terra animam uiuentem.
Nolite conformari huic seculo. Continete uos ab
eo. Euitando uiuit anima que appetendo mo
ritur. Continete uos ab inmani feritate superbie.
ab inerti uoluptate luxurie. et a fallaci nomine